



CORPUS THOMISTICUM
<http://www.corpusthomisticum.org/qdp1.html>

Sancti Thomae de Aquino
Quaestiones disputatae de potentia.

[Textum Taurini 1953 editum
ac automato translatum a Roberto Busa SJ in taenias magneticas
denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit]

Quaestio 1

Articulus 6

**Sexto quaeritur utrum Deus possit facere quae sunt aliis possibilis, ut
peccare, ambulare et huiusmodi.**

Et videtur quod sic.

Arg. 1. Quia Augustinus dicit, quod melior est natura quae potest peccare, quam quae peccare non potest. Sed omne quod est optimum, est Deo attribuendum. Ergo Deus potest peccare.

Arg. 2. Praeterea, illud quod est laudabilitatis, non debet Deo subtrahi. Sed in laudem viri dicitur Eccli. XXXI, 10: *qui potuit transgredi et non est transgressus*. Ergo posse transgredi et non transgredi Deo debet attribui.

Arg. 3. Praeterea, philosophus dicit: *potest Deus et studiosus prava agere*. Ergo Deus potest peccare.

Arg. 4. Praeterea, quicumque consentit in peccatum mortale, peccat mortaliter. Sed quicumque praecipit peccatum mortale, consentit, immo quodammodo principaliter facit. Cum ergo Deus praeceperit peccatum mortale Abrahae, scilicet quod interficeret filium innocentem; et Oseae, quo acciperet mulierem fornicariam, et faceret ex ea filios fornicationis, et Semei, ut malediceret David, ut habetur II Reg. XVI, 7, quem constat peccasse ex poena sibi inflicta III Reg. II, 36, videtur quod ipse peccaverit mortaliter.

Arg. 5. Praeterea, quicumque cooperatur peccanti mortaliter, ipse peccat mortaliter. Sed Deus cooperatur peccanti mortaliter: ipse enim operatur in omni operatione, et per consequens in omni eo qui mortaliter peccat. Ergo Deus peccat.

Arg. 6. Praeterea, Augustinus dicit, quod Deus operatur in cordibus hominum, inclinando voluntates eorum in quodcumque voluerit, sive in

bonum, sive in malum. Sed inclinare voluntatem hominis in malum, est peccatum. Ergo Deus peccat.

Arg. 7. Praeterea, homo factus est ad imaginem Dei, ut habetur Gen. I, 26. Sed quod invenitur in imagine oportet inveniri in exemplari. Hominis autem voluntas est ad utrumlibet. Ergo et voluntas Dei; et ita potest peccare et non peccare.

Arg. 8. Praeterea, quidquid potest virtus inferior, potest et superior. Sed homo cuius virtus est inferior divina virtute, potest ambulare, peccare et alia huiusmodi facere. Ergo et Deus.

Arg. 9. Praeterea, tunc aliquis omittit quando non facit bona quae potest. Sed Deus potest multa bona facere quae non facit. Ergo omittit, et ita peccat.

Arg. 10. Praeterea, quicumque potest prohibere peccatum et non prohibet, videtur peccare. Sed Deus potest prohibere omnia peccata. Cum ergo non prohibeat, videtur quod peccet.

Arg. 11. Praeterea, Amos III, 6, habetur: *non est malum in civitate quod Deus non faciat*. Hoc autem non potest intelligi de malo poenae: nam dicitur Sap. I, 13, quod *Deus mortem non fecit*. Ergo oportet intelligi de malo culpae; et sic Deus est auctor mali culpae.

Sed contra 1. I Ioan. I, 5, dicitur: *Deus lux est, et tenebrae in eo non sunt ullae*. Sed peccata sunt tenebrae spirituales. Ergo peccatum in Deo esse non potest.

Sed contra 2. Praeterea, princeps propriis legibus astrictus non tenetur. Sed omne peccatum est contra legem divinam, ut Augustinus dicit. Ergo Deus peccato astringi non potest.

Conclusio: Respondeo. Dicendum, quod sicut supra dictum est, Deum absolute aliquid non posse dicitur dupliciter: uno modo ex parte voluntatis; alio modo ex parte potentiae. Ex parte siquidem voluntatis, Deus non potest facere quod non potest velle. Cum autem nulla voluntas possit velle contrarium eius quod naturaliter vult, sicut voluntas hominis non potest velle miseriam; constat quod voluntas divina non potest velle contrarium suae bonitatis, quam naturaliter vult. Peccatum autem est defectus quidam a divina bonitate: unde Deus non potest velle peccare. Et ideo absolute concedendum est, quod Deus peccare non potest.

Ex parte vero potentiae dicitur Deum non posse aliquid, dupliciter: uno modo ratione ipsius potentiae; alio modo ratione possibilis. Potentia siquidem eius quantum in se est, cum sit infinita, in nullo deficiens invenitur quod ad potentiam pertineat. Sed quaedam sunt quae secundum nomen potentiam

important, quae secundum rem sunt potentiae defectus; sicut multae negationes sunt, quae in affirmationibus includuntur; ut cum dicitur posse deficere, videtur secundum modum loquendi, quaedam potentia importari, cum magis potentiae defectus importetur.

Et propter hoc potentia aliqua dicitur esse perfecta, secundum philosophum, quando ista non potest. Sicut enim illae affirmationes habent vim negationum secundum rem, ita istae negationes habent vim affirmationum. Et propter hoc dicimus, Deum non posse deficere, et per consequens non posse moveri (quia motus et defectus quamdam imperfectionem important) et per consequens non posse eum ambulare, nec alios actus corporeos exercere, qui sine motu non fiunt.

Ratione vero possibilis dicitur Deum aliquid non posse facere quia id contradictionem implicat, ut ex supra dictis, art. 5, patet; et per hunc modum dicitur quod non potest facere alium Deum aequalem sibi. Implicatur enim contradictio ex eo quod factum oportet esse in potentia aliquo modo, cum recipiat esse ab alio, et sic non potest esse actus purus, quod est proprium ipsius Dei.

Ad primum ergo dicendum, quod illa comparatio non est intelligenda universaliter, sed solum inter hominem et animalia bruta.

Ad secundum dicendum, quod id quod dicitur in laudem hominis non semper est congruum laudi divinae, immo esset blasphemia; ut si dicerem Deum poenitere et huiusmodi. Aliquid enim, ut dicit Dionysius est in inferiori natura laudabile quod in superiori natura vituperatur.

Ad tertium dicendum, quod verbum philosophi est intelligendum sub conditione voluntatis. Haec enim conditionalis est vera: Deus potest prava agere si vult: nihil enim prohibet conditionalem esse veram, licet antecedens et consequens sint impossibilia; ut patet in hac: si homo volat, habet alas.

Ad quartum dicendum, quod nihil prohibet aliquem actum qui in se esset peccatum mortale, aliqua circumstantia addita fieri virtuosum: occidere enim hominem absolute peccatum mortale est; sed ministro iudicis occidere hominem propter iustitiam ex praecepto iudicis, non est peccatum, sed actus iustitiae. Sicut autem princeps civitatis habet disponere de hominibus quantum ad vitam et mortem, et alia quaecumque pertinent ad finem sui regiminis, qui est iustitia, ita Deus habet omnia in sui dispositione dirigere ad finem sui regiminis quod est eius bonitas.

Et ideo licet occidere filium innocentem, de se possit esse peccatum mortale, tamen si hoc fiat ex praecepto Dei propter finem quem Deus praevidit et

ordinavit, licet etiam sit homini ignotus, non est peccatum, sed meritum. Et similiter etiam dicendum est de fornicatione Oseae, cum constet Deum esse ordinatorem totius humanae generationis: quamvis quidam dicant, quod hoc non acciderit secundum veritatem rei, sed secundum visionem prophetiae.

De praecepto autem Semei est dicendum aliter. Dicitur enim Deus dupliciter praecipere. Uno modo loquendo spiritualiter vel corporaliter per substantiam creatam; et sic praecepit Abrahae et prophetis. Alio modo inclinando, sicut dicitur praecepisse vermi ut comederet hederam, Ionae I. Et per hunc modum praecepit Semei ut malediceret David, in quantum cor eius inclinavit; et hoc per modum qui infra in solutione ad sextum, dicitur.

Ad quintum dicendum, quod operatio peccati, quantum ad id quod habet de entitate et actualitate, refertur in Deum sicut in causam; quantum vero ad id quod habet de deformitate peccati, refertur in liberum arbitrium, non in Deum; sicut quidquid motus est in claudicatione, est a virtute gressiva; deformitas autem eius est a curvitate cruris.

Ad sextum dicendum, quod Deus non dicitur inclinare voluntates hominum in malum, immittendo malitiam, vel ad malitiam commovendo; sed permittendo et ordinando, ut videlicet qui crudelitatem exercere consentiunt, in illos exercent quos dignos Deus iudicat.

Ad septimum dicendum, quod non est necessarium, quidquid in homine invenitur, quamvis sit ad imaginem Dei, in Deo inveniri; et tamen in proposito voluntas Dei est ad utrumlibet, quia non est ad unum obiectum determinata. Potest enim hoc facere vel non facere, aut facere hoc vel illud: non tamen sequitur quod aliquid istorum possit male facere, quod est peccare.

Ad octavum dicendum, quod obiectio illa tenet in his quae pertinent ad potestatis perfectionem, non autem in his quae important potestatis defectum.

Ad nonum dicendum, quod licet Deus possit multa bona facere quae non facit, non tamen omittit: quia non debet illa facere, quod requiritur ad rationem omissionis.

Ad decimum Et similiter dicendum est; nam non est reus peccati qui peccatum non impedit nisi quando impedire debet.

Ad undecimum dicendum, quod verbum Amos intelligitur de malo poenae. Quod autem dicitur Sap. I, 13: *Deus mortem non facit* intelligitur quantum ad ipsam causam mortis, quae est meritum culpae, vel quantum ad primam naturae institutionem, qua fecit hominem suo modo immortalem.

AQUINATE
<http://www.aquinate.net/traduções.html>

São Tomás de Aquino
Questões disputadas sobre a potência.

[Tradução Prof. Dr. Paulo Faitanin]

Questão 1

Artigo 6

Pergunta-se se Deus pode fazer o que é possível para os outros, como pecar, andar e coisas semelhantes.

E parece que sim.

Arg. 1. Porque Agostinho diz em *Sobre o livre arbítrio*, 3, 5, 15-16, que é melhor a natureza que pode pecar do que a que não pode pecar. Ora, tudo o que é ótimo deve ser atribuído a Deus. Logo, Deus pode pecar.

Arg. 2. Além do mais, aquilo que é louvável, não se deve negar de Deus. Ora, no louvor do homem se diz em *Eclesiástico* 31, 10: “Que pôde transgredir e não transgrediu”. Logo, poder transgredir e não transgredir deve-se atribuir a Deus.

Arg. 3. Além do mais, o Filósofo diz em *Tópicos*, IV, 5, 126^a 34-35 que: “Deus e o homem virtuoso podem fazer coisas más”. Logo, Deus pode pecar.

Arg. 4. Além do mais, qualquer que consinta em pecado mortal, peca mortalmente. Ora, qualquer que permite o pecado moral consente principalmente com quem, de algum modo, o comete. Como Deus permitiu o pecado mortal de Abraão, a saber, que matasse o seu filho inocente [*Gn* 22, 2] e a Oséias que recebesse como mulher uma prostituta e tivesse com ela filhos da fornicção [*Os*, 1, 2] e a Semei que maldissesse a Davi, como se tem escrito em *2 Reis*, 15, 7, que consta que pecasse pelo castigo inflingido a ele em *3 Reis*, 36, parece que ele mesmo pecara mortalmente.

Arg. 5. Além do mais, qualquer que coopera com um pecado mortal, ele mesmo peca mortalmente. Ora, Deus cooperou com quem pecou mortalmente: pois, Ele mesmo opera em todas as operações e, por conseguinte, em tudo que peca mortalmente. Logo, Deus peca.

Arg. 6. Além do mais, diz Agostinho em *Sobre a graça e o livre arbítrio*, 21, 21, 43, como também numa *Glossa* de Romanos 1, que Deus opera no coração

dos homens, inclinando suas vontades para qualquer coisa que queira, para o bem ou para o mal. Ora, inclinar a vontade do homem para o mal é pecado. Logo, Deus peca.

Arg. 7. Além do mais, o homem foi feito à imagem de Deus, como se tem em *Gn* 1, 26. Ora, o que se encontra na imagem é preciso que seja encontrado no exemplar. Ora, a vontade do homem é livre para qualquer coisa. Portanto também a vontade de Deus; e, assim, Ele pode pecar e não pecar.

Arg. 8. Além do mais, aquilo que pode uma virtude inferior, a pode também uma superior. Ora, a virtude humana cuja capacidade é inferior à divina, pode andar, pecar e fazer outras coisas da mesma natureza. Logo, também Deus.

Arg. 9. Além do mais, alguém peca de omissão quando não faz o bem que pode. Ora, Deus pode fazer muitas coisas boas que não faz. Portanto, omite e também peca.

Arg. 10. Além do mais, qualquer que pode proibir o pecado e não proíbe, parece pecar. Ora, Deus pode proibir todos os pecados. Portanto, como não proíbe, parece que peca.

Arg. 11. Além do mais, em *Amós* 3, 6 se tem: “Não há mal na cidade que Deus não faça”. Isto não pode ser entendido como mal de pena, pois está escrito em *Sabedoria* 1, 13 que “Deus não fez a morte”. Logo, é preciso entender como mal de culpa; e, assim, Deus é também autor do mal de culpa.

Mas contra 1. Em *1 João* 1, 5 se diz: “Deus é luz e Nele não há treva alguma”. Ora, os pecados são trevas espirituais. Logo, não pode haver em Deus o pecado.

Mas contra 2. Além do mais, o soberano não está submetido às suas próprias leis. Ora, como diz Agostinho em *Resposta ao Maniqueu Fausto*, 22, 27, todo pecado é contra a lei divina. Logo, Deus não pode estar submetido ao pecado.

Conclusão: Respondo dizendo, como acima foi dito,, que Deus não pode algo de modo absoluto de dois modos: um modo da parte da vontade; outro modo da parte da potência. Da parte da vontade Deus não pode fazer o que não pode querer. Ora, como nenhuma vontade pode querer o seu contrário do que naturalmente quer, como a vontade do homem não pode querer a infelicidade; segue-se que a vontade divina não pode querer o contrário de sua bondade, a qual naturalmente quer. Mas o pecado é qualquer desvio da bondade divina: daí que Deus não pode querer pecar. E por isso se deve conceder de modo absoluto que Deus não pode pecar.

E por parte da potência se diz que Deus não pode algo, também de dois modos: um modo em virtude da própria potência; outro modo em virtude do possível. Com relação à sua potência, considerada em si mesma, por ser infinita, não se encontra nenhum defeito que se refira à potência. Mas há coisas que se referem à potência segundo o nome, mas que segundo a realidade são defeitos; como as múltiplas negações que se incluem nas afirmações; como quando se diz que pode falhar, parece segundo o modo de falar, que se refira a alguma potência, mas que se refere mais a um defeito da potência.

E por causa disso se diz que alguma potência é perfeita, conforme diz o Filósofo em *Metafísica*, V, 12, 1019^a 26-32, quando não pode estas coisas. Assim, pois, estas afirmações têm na realidade valor de negação e, por isso mesmo, estas negações têm valor de afirmação. E por causa disso dizemos que Deus não pode falhar e, por conseguinte, não pode mover-se (porque movimento e defeito refererem-se a alguma imperfeição) e, por conseguinte, não pode andar nem realizar outros atos copóreos, que sem movimento não podem ser feitos.

Com relação ao possível se diz que Deus não pode fazer algo que implique contradição, como acima foi dito no art. 5; e por isso se diz que Deus não pode fazer outro Deus semelhante a Si. Implica-se, pois, contradição da parte daquilo que foi feito, porque nele há de algum modo potência, pois recebe o se de outro, e assim não pode ser ato puro, que é próprio do mesmo Deus.

Ao primeiro, respondo dizendo que aquela comparação não deve ser entendida universalmente, mas só entre os homens e os animais.

Ao segundo, respondo dizendo que aquilo que é dito em louvor do homem nem sempre é congruente com o louvor divino, pois seria blasfêmia; como se dissesse que Deus fizesse penitência e outras de mesma natureza. Como pois diz Dionísio em *Sobre os nomes divinos*, 4 algo que pode ser louvável numa natureza inferior pode ser vituperável na superior.

Ao terceiro, respondo dizendo que a palavra do filósofo deve ser entendida sob a condição da vontade. Esta condicional é, pois, verdadeira: Deus pode fazer o mal se quiser: nada, pois, proíbe que essa condicional seja verdadeira, embora o antecedente e o conseqüente sejam impossíveis; como fica claro no exemplo: se o homem voa, tem asas.

Ao quarto, respondo dizendo que nada impede que algum ato que em si mesmo fosse pecado mortal, ao ser-lhe acrescida alguma circunstância se tornasse virtuoso: matar, pois, um homem é absolutamente pecado mortal; mas, para o ministro do juiz matar um homem por causa da justiça e por

ordem do juiz não é pecado, mas um ato da justiça. Mas como o príncipe de uma cidade pode dispor dos homens quanto à vida e a morte, bem como todas as demais que se refiram à finalidade do seu reino, que é a justiça, do mesmo modo, Deus dispõe de todas as coisas para conduzi-las à finalidade do seu reino que é a sua bondade.

E por isso, embora matar um filho inocente por si mesmo fosse um pecado mortal, se isso, todavia, se faz pelo preceito de Deus por causa do fim que Deus previu e ordenou, ainda que também fosse ignorado pelo homem, não seria pecado, mas mérito. E do mesmo modo deve-se dizer da fornicção de Oséias, pois consta que Deus é o ordenador de toda a geração humana: contudo, alguns dizem que isso não ocorreu realmente como verdade, mas segundo a visão do profeta.

Mas acerca do preceito de Semei deve-se dizer de outro modo. Diz-se, pois, Deus mandar de dois modos. Um modo falando espiritual ou corporalmente através da substância criada; e assim ordenou a Abraão e aos Profetas. Outro modo, inclinando, por exemplo, quando se diz que ordenou ao verme comer o arbusto em *Jonas* 4, 7. E deste modo ordenou a Semei que maldissesse a Davi, enquanto inclinou seu coração; e isto segundo o modo que se dirá abaixo na solução ao sexto.

Ao quinto, respondo dizendo que a ação do pecado, quanto ao que tem de entidade e actualidade, refere-se a Deus como à sua causa; quanto ao que verdadeiramente tem de deformidade do pecado, refere-se ao livre arbítrio e não a Deus; como qualquer movimento vacilante ocorre pela capacidade de andar; mas a sua deformidade é por causa da perna arcada.

Ao sexto, respondo dizendo que não se diz que Deus inclina as vontades dos homens para o mal, impelindo à malícia, ou movendo à malícia; mas permitindo e ordenando, quando sem dúvida consente que se exerça a crueldade, exercendo naqueles que Deus julga merecedores.

Ao sétimo, respondo dizendo que não é necessário que qualquer coisa que exista no homem, mesmo que ele seja imagem de Deus, exista em Deus; e neste propósito a vontade de Deus é ainda livre, porque não está determinada a um objeto. Pode, pois, fazer isso ou não fazer, ou fazer isto ou aquilo: contudo, não se segue que pode fazer mal alguma destas coisas, o que é pecar.

Ao oitavo, respondo dizendo que aquela objeção procede no caso daquelas ações que se refiram à perfeição do poder, porém, não daquelas que importam defeito do poder.



Ao nono, respondo dizendo que embora Deus possa fazer muitas coisas boas que não faz, contudo, não comete omissão: porque não deve fazê-las, o que se requer para a noção de omissão.

Ao décimo, respondo dizendo de modo semelhante ao décimo; pois não é culpado de pecado quem não impede o pecado, a não ser quando deve impedir.

Ao décimo primeiro, respondo dizendo que a palavra de Amós deve ser entendida como mal de pena. Mas o que se diz em Sabedoria 1, 13: “Deus não fez a morte” deve ser entendido quanto à própria causa da morte, que é merecida por causa da culpa, ou quanto à primeira instituição da natureza, pela qual fez o homem em sua natureza imortal.